



Scott's  
Lalib Sel  
Tom II.

BX1749

.P4

D8

1754-55

v.2

c.1

132738



1080044912

*E# H C# 72*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON  
CAPILLA ALFONSO BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

*Folio-16* MICROFILMADO *1/2/82*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON  
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

BX 1749

.P4

D8

1754-57

v.2

UNIVERSIDAD DE LEÓN  
BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE  
LETRAS  
MICHOLTECADO

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA  
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

132738

VEN. P. ET DOCT.  
**JOAN. DUNS**  
**SCOTI,**  
**ORDINIS MINORUM,**

Theologi eminentissimi,

*Aique Academiae Subillium Antesignani,*  
Quaestiones Quatuor Voluminum scripti Oxoniensis  
super Sententias, & Quodlibeta.

A. R. A. P. FR. ANTONIO BARROS

Observantis Provinciae S. Jacobi Alumno, Lect. pub.  
Archiepiscop. Compostellani Examinatore Synodali,  
dictae Provinciae Ex-Ministro Provinciali, ac P.  
Digniore, & in Romana Curia Procuratore  
Generali Ordinis accurate recognite, & juxta  
emendatorem, & exaltorem ex iis, quae  
hucusque prodierunt, hujus Operis  
editionem quinque voluminibus  
pro majori studentium  
commodo publicae luci,  
& utilitati datae.

46430

T O M U S I I.

In II. Sententiarum.



ROMÆ M. DCC. LIV.

Typis Angeli Rotilii.

SUPERIORUM PERMISSU.



1

JOANNIS DUNS  
SCOTI,

DOCTORIS SUBTILIS  
ORDINIS MINORUM

THEOLOGORUM OMNIUM PRINCIPIS.

*Super Secundum Sententiarum Quaestiones exactissimae.*  
CREATIONEM RERUM INSINUANS SCRIPTURA, &  
DISTINCTIO PRIMA.

**C**IRCA creationem, in hoc Secundo (ut dictum est in lectione) tractat Magister de Deo, quantum ad causalitatem ejus primariam: & hoc specialiter circa causalitatem triplicis causa, quam habet respectu creaturae. Quare primo circa hoc.

QUESTIO PRIMAE.

*Utrum prima causalitas respectu omnium causabilium de necessitate sit in tribus personis?*

**E**T intelligo respectu omnium causabilium, in quocumque esse se hoc de necessitate, ita quod non possit esse nisi in tribus personis. Quod non: Ricard. de Trinitate lib. 3. cap. 16. Si tantum (a) esset una persona, adhuc esset in ea plenitudo potentia, & sapientia: ergo posset producere omne possibile. Item, actio est suppositi: ergo plurimum suppositorum plures actiones: igitur trium personarum non potest esse una actio: igitur nec una potentia activa, vel causalitas, respectu omnium causabilium: quia cujus est potentia, ejus est actus. 1. de Somno, & Vigilia; Præterea, sicut se habet principium operationis ad principium: ita operatio ad operationem. Hæc propositio patet in potentia sensitiva, intellectiva, & volitiva, & actibus earum: sed principium creationis est aliquid essenziale, quia commune tribus: & tale est prius aliquo modo, notionaliter sive personaliter: igitur & actio actionum. Contra, persona divina plus conveniunt quam substantia, & virtus

Tom. II. A t

*a* Mag. A. In 2. lib. determinat Mag. de Deo, in quantum ejus perfectio reduci in operibus creationis.